Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



8

uidebitur. neque ullus iustorum. secundum apostoli
mandatum. sine intermissione orare docebitur;
Siue ergo omnes actus iusti quos secundum dm agit. &
secundum mandatum diuinum oratio reputatur.
quia iustus sine intermissione quae iusta sunt agit.
per hoc sine intermissione iustus orabit nec umquam
a oratione cessabit. Nisi iustus. ee. desistat. Cum
enim iniustum aliquid agimus aut delinquimus.
cessatum. e. quo de tempore et iam a oratione cessamus;
Puto quod haec docemur & in psalmis cum dicitur.
eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum
non enim puto quod si quis eleuauerit. uel extenderit
manus ad caelum uel habitus. ee. orantium solet.
continuo sacrificium obtulerit dō; sed uideamus
ne forte hoc. e. quod ibi indicat sermo dī. quia
per manus. opera intelleguntur; Eleuat ergo manus
ille qui eleuat actus suos atque. & conuersatione:
adhuc inter ambulantes in caelis. e. excelsi ergo
actus & sublimes quos uidentes homines magnificant
patrem caelestem. Eleuatio manuum dicitur. &
sacrificium uespertinum; Aut non hoc & in lege
per mysterium docebatur cum mors se eleuante ma
nus uincebat israel. demittente uero & deficiente
deorsum. uincebat amalech; Et si omnia haec figu
ratiue contingebant illis scriptaque sunt uero propinqui
in quos fines saeculorum deuenerunt intelligere
debemus. quia donec famulus dī eleuat actus suos
adhuc uincit gens dī; Cum autem deiecerit.
& dimiserit manus id. e. actus suos. uincit amalech
inimicus dī. Aut quid dicit. uolo enim paululum